

1529 *id est: 257 14. 2477*

Petrus Tomicki, Joanni Choienski archi:
diacono Cracoviensi secretario regio.

262

Venerabilis domine frater in Christo charis:
sime. Non possumus precibus hominum de:
esse, qui putant nostris commendationibus re:
bus et desideriis suis recte consuli posse, utcum:
que nos re ipsa aliter experimur. Cum ex con:
ventu Varschoviensi rediremus, et iter per Ra:
dom faceremus, mortuus est dominus Sbigne:
us Podlodowski notarius terre Sandomiriensis.
Cumque dominus Potkansli vicecapitaneus Ra:
domiensis tum statim rogasset nos, ut se apud
maiestatem regiam iuvenemus, quo officium
notariatus vacans obtinere possit, dedimus ei
litteras ad maiestatem suam, scientes quod illa
minime sit futura, nec declaratura voluntatem
suam pro aliquo, nisi prius facta electione de
more quatuor persone per dominum palatinum
et ceteros dignitarios ac officiales terre Sando:
miriensis electe illi presententur. Cum au:
tem dominus quoque Paulus Kolaczkowski
petat hoc notariatus officium, sitque vir et
de maiestate regia bene meritus, et iuris com:
munis regni non ignarus, commendavimus eti:
am illum maiestati regia et reginali, et vo:
bis commendamus, rogamusque vos, adiuvetis
eum pro virili vestra, ut voli sui compos
esse possit, nam arte inter alios nostro iu:
dicio est ad officium istud valde idoneus. Valete

Jeliasvine. Datum in Bodzanczyn.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]